deuorauit illos cū tabernaculis suis·
et uniuersa substātia eoꝝ. Descenderūt
q; viui in infernū operti humo: ⁊ perie=
runt de medio multitudinis. At vero
omnis israhel qui stabat ꝑ girū fugit
a clamore pereuntiū dicens. Ne forte
⁊ nos terra degluciat. Sed ⁊ ignis egres=
sus a dn̄o interfecit ducētos quinq̄gin=
ta viros q̄ offerebāt incensū. XVII

Locutusq; est dn̄s ad moysen di=
cens. Precipe eleazaro filio aa=
ron sacerdoti ut tollat thuribula que
iacent in incendio· et ignem huc illuc
q; dispergat: quoniā sanctificata sunt
in mortibꝫ peccatoꝝ: producatq; ea in
laminas· ⁊ affigat altari· eo q̄ obla=
tum sit in eis incensum dn̄o ⁊ sanctifi=
cata sint: ut cernāt ea pro signo et mo=
nimēto filij israhel. Tulit ergo eleazar
sacerdos thuribula enea· in quibꝫ ob=
tulerant hij quos incendium deuora=
uit· et produxit ea ī laminas affigēs
altari· ut haberent postea filij israhel
quibꝫ commonerentur: ne quis accedat
alienigena et qui nō est de semine aa=
ron· ad offerendū incensum dn̄o: ne
patiatur sicut passus est chore· ⁊ omis
congregatio eius loquēte dn̄o ad moy=
sen. Murmurauit autē omīs multi=
tudo filiorū israhel sequenti die cōtra
moysen ⁊ aaron dicens. Vos interfe=
cistis ppl̄m dn̄i. Cūq; oriretur sedicio
et tumultus incresceret· moyses et aa=
ron fugerunt ad tabernaculū federis.
Quod postq̄ȝ ingressi sunt operuit nu=
bes: ⁊ apparuit gloria dn̄i. Dixitq; do=
minus ad moysen. Recedite de medio
huius multitudinis: ⁊ iam nunc de=
lebo eos. Cumq; iacerent in terra dixit
moyses ad aarō. Tolle thuribulum·
et hausto igne de altari mitte incensū
desuper· pergens cito ad populū: ut
roges pro eis. Iam enim egressa ē ira
a domino· ⁊ plaga deseuit. Quod cū
fecisset aaron· ⁊ cucurrisset ad mediā
multitudinē quā iam vastabat incen=
dium obtulit thimiama: et stans int̄
mortuos ac viuētes pro ppl̄o depreca=
tus est: et plaga cessauit. Fuerūt autē
qui percussi sunt quatuordecim milia
hominū ⁊ septingenti: absq; hijs qui
perierant in sedicione chore. Reuersus
q; ē aaron ad moysen ad ostiū taber=
naculi federis· postq̄ȝ quieuit interitus.
Et locutus ē dn̄s ad moysen dicens.
Loquere ad filios israhel· ⁊ accipe ab
eis virgas singulas ꝑ cognationes
suas a cunctis principibꝫ tribuū vir=
gas duodecim: et uniusquisq; nomē
super scribes virge sue. Nomen autē
aaron erit in tribu leui: et una virga
cunctas eorū familias continebit: po=
nesq; eas in tabernaculo federis corā
testimonio ubi loquar ad te. Quē ex
hijs elegero germinabit virga eius: ⁊
cohibebo a me querimonias filiorū
israhel· quibus contra vos murmu=
rant. Locutusq; est moyses ad filios
israhel: et dederunt ei omēs principes
virgas per singulas tribus. Fuerunt
q; virge duodecim absq; virga aarō.
Quas cum posuisset moyses coram
domino in tabernaculo testimonij: se=
quenti die regressus inuenit germinasse
virgā aaron in domo leui· ⁊ turgenti=
bus gemmis eruperant flores: qui fo=
lijs dilatatis in amigdalas deforma=
ti sunt. Protulit ergo moyses omēs
virgas de conspectu dn̄i ad cunctos
filios israhel: viderūtq; receperunt sin=
guli virgas suas. Dixitq; dominus
ad moysen. Refer virgam aaron ī ta=
bernaculū testimonij· ut seruetur ibi ī
signū rebellium filiorū isrl̄: ⁊ quiescāt